

Quod cum abbas illis retulisset egerunt penitenciam quod eam vilipendere debant et multa reuerencia ei exhibuerunt. que honorem illa ferre non volens heremum intrauit et vitam austeram ducens. a domino est vocata in celis et coronata. **Quinto** humilitas in domini placat et misericordiam peccatori impetrat. **Da** piencie. vi. Exiguus conceditur misericordia David humiliter confitens peccatum suum audiuit a propheta. **tra** stulit dominus peccatum tuum. **Nota** historia. ij. **Re. xij. psal. Cor** stritum et humiliatum non despicies deus. **Rogemus.:**

De eodem.

f. cxij.

Gaudium est angelis in celo super uno peccatore penitentiam agente **Luc. xv.** In verbis istis commendat penitentiam ex eo quod angelos dei letificat. **Sunt** autem plura que hominem ad penitentiam prouocant. **Primum** est gaudium angelorum sicut patet in parabola de oue perditam. **Secundum** est oportunitas temporis. quod modus est temporis penitencie **Apl. ij. Cor. vi.** Ecce nunc tempus acceptabile. **q. d.** quod diu sumus in hac vita possumus peccata per penitentiam delere. **Secundo** post hanc vitam nequaquam. et hoc est quod iurauit angelus per viuentem deum quod post tempus illud non erit tempus aliud penitentiam agendi **Apo. ij.**

Bernb. Nequaquam tunc veniam inueniet quod modo aptum tempus perdidit. **Idcirco** debemus modo peccare. quod nescimus an hodie vel cras veniet quod nos de penitencia neglecta arguet **Apo. ij.** **Age** penitentiam si quod minus dicitur veniam tibi **Bern.** penitenti veniam spondit: viuendi ad crastinum diem non permisit. **Ex** emplum de tarde penitencia? scribit **Heda.** **Qz** temporibus adriani regis erat in curia eiusdem regis miles quod dicitur robustus et nobilis et totus seculo deditus. qui nunquam vel raro confiteri consuevit. hic cum infirmaretur amonitus a rege ut confiteretur. **Qui** ait **Si** modo confiterer tunc conualuero de infirmitate de rideret me socii mei dicentes. quod ex timore dei confessus sum. **Simi** liter die altera amonuit eum et renouit. **Tercia** vice cum iam laboraret in agone. venit rex et amonuit eum ut confiteretur. **Qui** ait modo nimis tarde est. quod iam iudicatus suus et condemnatus. **Modicum** ante introitum vestrum introierunt hic duo iuvenes pulcherrimi et speciosissimi et habentes libras pulcherrimum aureis litteris scriptum. in quo legi omnia opera mea bona licet pauca. **per** hoc uenerunt duo ethiopes nigerissimi portantes maximum libras in quo scripte erant omnes cogitationes mee verba et opera et intelligentie. et dixerunt demones angelis quod recederent. quod nichil iuris ibi haberent.